



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput LVII. Quod homo non sit nimis dejectus, quando in aliquos labitur  
defectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

Incepsum est, retro abire non licet, nec relinquere oportet.

5. Eja fratres, pergamus simul, Jesus erit nobiscum.

Propter Jesum suscepimus hanc crucem: propter Jesum perseveremus in cruce.

Erit adjutor noster, qui est dux noster, & præcessor.

En, rex noster ingreditur ante nos, qui pugnabit pro nobis.

Sequamur viriliter, nemo metuat terrores; simus parati mori fortiter in bello, nec inferamus crimen gloriæ nostræ, ut fugiamus a cruce.

## C A P U T LVII.

*Quod homo non sit nimis dejectus, quando in aliquos labitur dejectus.*

I. **F**ili, magis placent mihi patientia & humilitas in adversis, quam multa consolatio & devotio in prosperis.

Ut quid te contristat parvum fatum contra te dictum?

Si amplius fuisset, commoveri  
non debuisses.

Sed nunc permitte transire: non  
est primum, nec novum, nec ulti-  
mum erit, si diu vixeris.

Satis virilis es: quandiu nil ob-  
viat adversi.

Bene etiam consulis, & alios no-  
si robore verbis: sed cum ad ja-  
nuam tuam venit repentina tribula-  
tio, deficis consilio & labore.

Attende magnam fragilitatem  
tuam, quam saepius experiris in mo-  
diciis objectis: tamen pro salute tua  
ista fiunt, cum haec & similia con-  
tingunt.

2. Pone, ut melius nosti, ex cor-  
de: & si te tetigit, non tamen dej-  
ciat, nec diu impicit.

Ad minus sustine patienter, si non  
potes gaudenter.

Etiam si minus libenter audis, &  
indignationem sentis: reprime te:  
nec patiaris aliquid inordinatum ex  
ore tuo exire, unde parvuli scanda-  
lizentur.

Cito

Cito conquiescet commotio excitata, & dolor internus revertente gratia dulcorabitur.

Adhuc vivo ego (dicit Dominus) juvare te paratus, & solito amplius consolari; si confisus fueris mihi, & devote invocaveris.

3. Animo æquior esto, & ad maiorem sustinentiam accingere.

Non est totum frustratum, si te sæpius percipis tribulatum, vel graviter tentatum.

Homo es, & non Deus: caro es, non Angelus.

Quomodo tu posses semper in eodem statu virtutis permanere, quando hoc defuit Angelo in cœlo, & primo homini in paradiſo?

Ego sum, qui mœrentes erigō hospitate: & suam cognoscentes infirmitatem ad meam proveho Divinitatem.

4. Domine, benedictum sit verbum tuum, dulce super mel & favum ori meo.

Quid

Quid facerem in tantis tribulatiō-  
nibus & angustiis meis, nisi me con-  
fortares tuis sanctis sermonibus?

Dummodo tandem ad portum sa-  
luti perveniam, quid curae est, quae  
& quanta passus fuero?

Da finem bonum, da felicem ex  
hoc mundo transitum.

Memento mei Deus meus, & di-  
rige me recto itinere in regnum  
tuum.

### C A P U T L V I I I .

*De altioribus rebus & occultis judi-  
ciis Dei non scrutandis.*

I. Fili, caveas disputare de altis  
materiis, et de occultis Dei ju-  
diciis: cur iste sic relinquitur, & il-  
le ad tantam gratiam assumitur: cur  
etiam iste tantum affligitur, & ille  
tam eximie exaltatur.

Ista omneū humanam facultatem  
excedunt: nec ad investigandum ju-  
dicum Divinum ulla ratio prævalet,  
vel disputatio.

Quan-